

17th Sunday after Pentecost

Green

2 Cl. (Semiduplex)

INTROIT: *Ps. 118:137, 124*

Justus es, Domine, et rectum iudicium tuum :
fac cum servo tuo secundum misericordiam
tuam. *Ps. ibid. 1: Beati immaculati in via : qui
ambulant in lege Domini. V. Gloria.*

*Just art thou, O Lord, and thy judgement is right;
deal with thy servant according to thy mercy.
Ps. ibid. 1: Blessed are the undefiled in the way :
that walk in the law of the Lord. V. Glory.*

COLLECT

Da, quæsumus, Domine, populo tuo diabolica
vitare contagia : et te solum Deum pura mente
sectari. Per Dominum.

*Grant, we beseech thee, O Lord, that they people
may avoid all contagion of the devil : and with a pure
mind follow thee, the only God. Through our Lord.*

EPISTLE: *Eph. 4:1-6*

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad
Ephesios.

Fratres : Obsecro vos, ego vinctus in Domino,
ut digne ambuletis vocatione qua vocati estis,
cum omni humilitate et mansuetudine, cum pa-
tientia supportantes invicem in caritate :
solliciti servare unitatem spiritus in vinculo
pacis. Unum corpus et unus spiritus, sicut
vocati estis in una spe vocationis vestræ. Unus
Dominus, una fides, unum baptisma. Unus
Deus et Pater omnium, qui est super omnes, et
per omnia, et in omnibus nobis. Qui est
benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

*A lesson from the Epistle of St Paul the Apostle to
the Ephesians.*

*Brethren: I, a prisoner in the Lord, beseech you that
you walk worthy of the vocation in which you are
called. With all humility and mildness, with
patience, supporting one another in charity, careful to
keep the unity of the spirit in the bond of peace. One
body and one spirit, as you are called in one hope of
your calling. One Lord, one faith, one baptism. One
God and Father of all, who is above all, and through
all, and in us all, who is blessed for ever and ever.
Amen.*

GRADUAL: *Ps. 32:12, 6*

Beata gens cujus est Dominus Deus eorum :
populus quem elegit Dominus in hæreditatem
sibi. V. Verbo domini cæli firmati sunt : et
spiritu oris ejus omnis virtus eorum.

*Blessed is the nation whose God is the Lord : the
people whom he hath chosen for his inheritance. V.
By the word of the Lord the heavens were established
: and all the power of them by the Spirit of his
mouth.*

ALLELUIA: *Ps. 101:2*

Domine, exaudi orationem meam, et clamor
meus ad te perveniat.

*O Lord, bear my prayer, and let my cry come unto
thee.*

GOSPEL: Mt. 22:34-46

Sequentia Sancti Evangelii secundum Matthæum.

In illo tempore : Accesserunt ad Jesum Pharisæi, et interrogavit eum unus ex eis legis doctor, tentans eum : Magister, quod est mandatum magnum in lege? Ait ille Jesus : Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et in tota anima tua, et in tota mente tua. Hoc est maximum et primum mandatum. Secundum autem simile est huic : Diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis universa Lex pendet, et Prophetæ. Congregatis autem Pharisæis, interrogavit eos Jesus dicens : Quid vobis videtur de Christo? cujus filius est? Dicunt ei : David. Ait illis : Quomodo ergo David in spiritu vocat eum Dominum, dicens : Dixit Dominus Domino meo : Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo David vocat eum Dominum, quomodo filius ejus est? Et nemo poterat ei respondere verbum; neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.

OFFERTORY: Dan. 9:4, 17-19, 20, 10:11 etc.

Oravi Deum meum ego Daniel, dicens : Exaudi, Domine, preces servi tui : illumina faciem tuam super sanctuarium tuum : *et propitius intende populum tuum, **super quem invocatum est nomen tuum, Deus. V. Adhuc me loquente et orante et narrante peccata mea et delicta populi mei Israel. **Super quem. V. Audivi vocem dicentem mihi : Daniel, intellige verba, quæ loquor tibi, quia ego missus sum ad te. Nam et Michael venit in adjutorium meum. *Et propitius.

SECRET

Majestatem tuam, Domine, suppliciter deprecamur : ut hæc sancta, quæ gerimus, et a præteritis nos delictis exuant, et futuris. Per Dominum.

Continuation of the holy Gospel according to St Matthew.

At that time: The Pharisees came to Jesus, and one of them, a doctor of the law, asked him, tempting him: Master, which is the great commandment in the law? Jesus said to him: Thou shalt love the Lord thy God with thy whole heart, and with thy whole soul, and with thy whole mind. This is the greatest and the first commandment. And the second is like to this: Thou shalt love thy neighbour as thyself. On these two commandments dependeth the whole Law and the Prophets. And the Pharisees being gathered together, Jesus asked them, saying: What think you of Christ? whose son is he? They say to him: David's. He saith to them: How then doth David, in spirit, call him Lord, saying: The Lord saith to my Lord: Sit on my right hand, until I make thy enemies thy footstool? If David then called him Lord, how is he his son? And no man was able to answer him a word; neither durst any man from that day forth ask him any more questions.

*I Daniel, prayed to my God, saying : Hear, O Lord, the prayers of thy servant : show thy face upon thy sanctuary : *and favourably look down upon this people **upon whom thy name is invoked, O God. V. And when I was yet speaking and praying and confessing my sins, and the transgressions of my people of Israel. **Upon whom. V I heard a voice that said to me: Daniel, understand the words that I speak to thee, for I am sent to thee, for also Michael came to help me. *And favourably.*

We humbly beseech thy majesty, O Lord, that the sacred rites we celebrate may deliver us from past transgressions and save us from future sins. Through our Lord.

PREFACE

Of the Trinity

Vere dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique, gratias agere : Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus. Qui cum Unigenito Filio tuo, et Spiritu Sancto, unus es Deus, unus es Dominus : non in unius singularitate personæ, sed in unius Trinitate substantiæ. Quod enim de tua gloria, revelante te, credimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spiritu Sancto, sine differentia discretionis sentimus. Ut in confessione veræ sempiternæque Deitatis, et in personis proprietas, et in essentia unitas, et in maiestate adoretur æqualitas. Quam laudant Angeli, atque Archangeli, Cherubim quoque ac Seraphim : qui non cessant clamare quotidie, una voce dicentes :

It is truly meet and just, right and availing unto salvation, that we should at all times and in all places give thanks unto thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God : who with thine only-begotten Son and the Holy Ghost art one God, one Lord; not in the oneness of a single person, but in the Trinitate of one substance. For that which we believe from thy revelation concerning thy glory, that same we believe of thy Son, that same of the Holy Ghost, without difference or separation. So that in confessing the true and everlasting Godhead, we shall adore distinction in persons, oneness in being, and equality in majesty; which Angels and Archangels, the Cherubim too and the Seraphim do praise; day by day they cease not to cry out, saying, as with one voice:

COMMUNION: Ps. 75:12-13

Vovete et reddite Domino Deo vestro, omnes qui in circuitu ejus affertis munera : terribili et ei qui aufert spiritum principum : terribili apud omnes reges terræ.

Vow ye, and pay to the Lord your God, all you that round about him bring presents : to him that is terrible, even to him who taketh away the spirit of princes; to the terrible with all the kings of the earth.

POST-COMMUNION

Sanctificationibus tuis, omnipotens Deus, et vitia nostra curentur, et remedia nobis æterna proveniant. Per Dominum.

By the sanctifying power of thy sacraments, O almighty God, may we obtain the healing of our vices and strength unto eternal life. Through our Lord.